


# DE EXTREMO DIDONIS INCEPTO

Ouis tibi tum, Dido, cernenti talia sensus, quosve dabas gemitus, cum litora fervere late prospiceres arce ex summa, totumque videres misceri ante oculos tantis clamoribus aequor. improbe Amor, quid non mortalia pectora cogis. ire iterum in lacrimas, iterum temptare precando cogitur et supplex animos summittere amori, ne quid inexpertum frustra moritura relinquat. Anna, vides toto properari litore circum: undique convenere; vocat iam carbasus auras, pupibus et laeti nautae imposuere coronas. hunc ego si potui tantum sperare dolorem, et perferre, soror, potero. miserae hoc tamen unum exsequere, Anna, mihi; solam nam perfidus ille te colere, arcanos etiam tibi credere sensus; sola viri mollis aditus et tempora noras. i, soror, atque hostem supplex adfare superbum: non ego cum Danais Troianam exscindere gentem Aulide iuravi classemve ad Pergama misi, nec patris Anchisae cinerem manisve revelli: cur mea dicta negat duras demittere in auris? quo ruit? extremum hoc miserae det munus amanti: exspectet facilemque fugam ventosque ferentis. non iam coniugium antiquum, quod prodidit, oro, nec pulchro ut Latio caret regnumque relinquat: tempus inane peto, requiem spatiumque furori, dum mea me victam doceat fortuna dolere. extremam hanc oro veniam miserere sororis, quam mihi



cum dederit cumulatam morte remittam.' Talibus orabat, talisque miserrima fletus fertque refertque soror. sed nullis ille movetur fletibus aut voces ullas tractabilis audit; fata obstant placidasque viri deus obstruit auris. ac velut annoso validam cum robore quercum Alpini Boreae nunc hinc nunc flatibus illinc eruere inter se certant; it stridor, et altae consternunt terram concusso stipite frondes; ipsa haeret scopulis et quantum vertice ad auras aetherias, tantum radice in Tartara tendit: haud secus adsiduis hinc atque hinc vocibus heros tunditur, et

magno persentit pectore curas; mens immota manet, lacrimae volvuntur inanes.

Ouis tibi tum, Dido, cernenti talia sensus, quosve dabas gemitus, cum litora fervere late prospiceres arce ex summa, totumque videres misceri ante oculos tantis clamoribus aequor. improbe Amor, quid non mortalia pectora cogis. ire iterum in lacrimas, iterum temptare precando cogitur et supplex animos summittere amori, ne quid inexpertum frustra moritura relinquat. Anna, vides toto properari litore circum: undique convenere; vocat iam carbasus auras, pupibus et laeti nautae imposuere coronas. hunc ego si potui tantum sperare dolorem, et perferre, soror, potero. miserae hoc tamen unum exsequere, Anna, mihi; solam nam perfidus ille te colere, arcanos etiam tibi

credere sensus; sola viri mollis aditus et  
 tempora noras. i, soror, atque hostem  
 supplex adfare superbum: non ego cum  
 Danais Troianam exscindere gentem  
 Aulide iuravi classemve ad Pergama  
 misi, nec patris  
 Anchisae cinerem  
 manisve revelli:  
 cur mea dicta  
 negat duras  
 demittere in  
 auris? quo ruit?  
 extremum hoc  
 miserae det  
 munus amanti:  
 exspectet  
 facilemque  
 fugam ventosque ferentis. non iam  
 coniugium antiquum, quod prodidit, oro,  
 nec pulchro ut Latio careat regnumque  
 relinquat: tempus inane peto, requiem  
 spatiumque furori, dum mea me victimam  
 doceat fortuna dolere. extremam hanc  
 oro veniam miserere sororis, quam mihi

cum dederit cumulatam morte remittam.'  
 Talibus orabat, talisque miserrima fletus  
 fertque refertque soror. sed nullis ille  
 movetur fletibus aut voces ullas  
 tractabilis audit; fata obstant placidasque

viri deus obstruit  
 auris. ac velut  
 annoso validam  
 cum labore  
 quercum Alpini  
 Boreae nunc  
 hinc nunc  
 flatibus illinc  
 eruere inter se  
 certant; it stridor,  
 et altae  
 consternunt

terram concusso stipite frondes; ipsa  
 haeret scopulis et quantum vertice ad  
 auras aetherias, tantum radice in Tartara  
 tendit: haud secus adsiduis hinc atque  
 hinc vocibus heros tunditur, et magno  
 persentit pectore curas; mens immota  
 manet, lacrimae volvuntur inanes.

